

SEXTI DECRETALIU LIBER QUINTUS.

DE ACCUSATIONIBUS, INQUISITIONIBUS, ET DENUNCIATIONIBUS.

TITULUS I.

I. BONIFACIUS VIII. [c. an. 1298. Roma.]

Ex confessione coram Delegato inquirente super certis criminibus deputato facta, ponitur confitens, licet dicat se prius diffamatum non fuisse, vel inquisitionis capitula non habuisse. Hoc dicit. Dominicus.

OSTQUAM coram eo, qui contra te super certis criminibus Inquisitor fuerat deputatus, eadem crimina fuisse confessus, frustra confessionem tuam (quominus puniaris ex ea prout iustitia sua debet) eo prætatu impugnetur, quod super eisdem criminibus non fueras antea diffamatus; vel quod per eundem Inquisitorem capitula, super quibus contra te volebat inquirere, tibi tradita non fuerunt.

II. IDEM [c. an. 1298. Roma.]

Valet inquisitio facta super veritate criminum, ommissa inquisitione infamiae, si reus praesens tacuit. Hoc dicit, secundum Joan. And.

IS, cui contra te commissi fuerat simpliciter inquisitio super certis criminibus faciendam, processerit te presente, nec reclamante, aut quocumque super hoc excipiente (infamiae inquisitione ommissa) ad veritatem eorumdem criminum inquirendam; processum huiusmodi ex eo quod non fuit de infamia primitus inquisitum, ulterius impugnetur nequibus.

DE HERETICIS.

TITULUS II.

I. GREGORIUS IX. Remen. Archiepiscopo, & suis Suffraganeis. [c. an. 1236. Roma in Galliam.]

Propter crimen haeresis Clericum in quibuscunque sacris Ordinibus constitutum, sicut eius Episcopus degradare poterit. H. d. Dominicus.

QUONIAM Episcoporum numerus ad degradationem Clericorum a Canonibus constitutus non potest de facili convenire. Concedimus, ut Sacerdotem vel alium Clericum in sacris Ordinibus constitutum (cum per haeresim fuerit Curiae Seculari relinquendus, aut perpetuo immurandus) convocatis Abbatibus, aliisque Praelatis, & Religiosis personis ac literatis sua Dioecesis, de quibus expedire videbitur, suis solum possit Episcopus degradare.

II. ALEXANDER IV. [c. an. 1258. Roma.]

Excommunicationem incurrit sepelens scienter Haereticos, vel eorum receptores, defensores, vel fautores, nec absoluitur, nisi exhumet eorum corpora, locus vero privatur sepultura. H. d. usque ad §. Inhibemus. Dominicus.

QUICUNQUE Haereticos, credentes, receptores, defensores, vel fautores eorum scienter praesumpserint Ecclesiastica tradere sepulturae, usque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiae se noverint subiacere; nec absolutionis beneficium mereantur, nisi propriis manibus publicè extumulent, & projiciant huiusmodi corpora damnatorum. Et locus ille perpetuè careat sepultura.

Excommunicari debent Laici publicè vel occultè disputantes de Fide. Hoc dicit. Dominicus.

1. Inhibemus quoque ne cuiquam Laicae personae liceat publicè vel privatim de Fide Catholica disputare. Qui vero contra fecerit, excommunicationis laqueo innodetur.

Non valet promotio Haereticorum, eis credentium, fautorum, receptorum, & defensorum eorum; nec filiorum suorum usque ad secundam generationem, ad Beneficia Ecclesiastica, vel Officia publica. Hoc dicit. Dominicus.

2. Haeretici autem, credentes, receptores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filii usque ad secundam generationem, ad nullum Ecclesiasticum Beneficium,

seu Officium publicum admittantur. Quod si secus actum fuerit, decernimus irritum & inane. & Repertorium Inquisitionum, verbo, Fili.

Privati sunt habentes Beneficia Ecclesiastica ad preces Haereticorum; & inhabiles efficiuntur ad alia obtinenda, si scienter talia receperint. Hoc dicit. Dominicus.

3. Ad haec quoscunque viros Ecclesiasticos, qui ad preces huiusmodi pensionum personarum Dignitates, Pensionatus, & quaecunque alia Ecclesiastica Beneficia sunt adepti: ex nunc privamus taliter acquisitis; volentes quod si receptores illa scienter, ad alia vel similia nequaquam in posterum admittantur.

Nulla est emancipatio filiorum vel subditorum per Haereticos facta, etiamsi postea vitium detegatur. H. d. Dominicus.

4. Illorum autem filiorum emancipationem, quorum parentes post emancipationem etiam huiusmodi, apparuerit ante ipsam a via veritatis ad haereticam superstitionis invium declinasse, nullius volumus esse momenti, vel factam de hominibus sui juris; cum dignum sit, ut propter tanti atrocitatem delicti, filii esse in parentum Haereticorum deserint potestate.

III. IDEM Inquisitoribus haereticae pravitatis. [c. an. 1258. Roma.]

Filii vel heredes petentium in infirmitate sua Haereticorum consolationem, non admittuntur ad probandum, quod non sana mente, vel perditâ loquellâ susceperint, si constat, quod erant sane mentis, vel si prius suspecti, vel diffamati erant de haeresi: aliam admittuntur, scilicet per testes fide dignos, non suspectos. H. d. Dominicus.

Filii, vel heredes illorum, qui dum in aegritudinis lecto decumberent, petierunt Haereticos consolatos, ut ab eis per manus impositionem consolationem reciperent secundum pessimam consuetudinem eorumdem, sique viam fuerint universae carnis ingressi, ad probandum quod ipsi defuncti consolationem illam, imò verius desolationem non sanae mentis effecti susceperint, vel post perditam jam loquelam (cum tamen moris sit, ut dicitur, apud eos, quod nullum taliter consolentur, qui non sit sane mentis, & memoriam habeat ordinatam) admitti non debent; si dum vivebant, diffamati erant de haeresi, vel suspecti, aut legitime confiteri, quod sanae mentis existentes huiusmodi Haereticos petierunt. Alioquin admitti poterunt predicti filii, vel heredes ad probandum praesmissa. Non tamen per uxores, filios, familiares, vel de fide aliquos, sed per testes alios fide dignos, & specialiter Fidei zelatores.

IV. IDEM Eisdem. [c. an. 1258. Roma.]

Relapsi in haeresim sunt tradendi Curiae Seculari, licet poeniteant eos, & ad fidem redeant: non tamen denegantur eis Sacramenta Poenitentiae & Eucharistiae. H. d. Dominicus.

Super eo, quod scriptum legitur, Ecclesia nulli claudere gremium redeunt: quodque illi, qui post abjuracionem erroris, vel postquam se proprii Antiphys examinatione purgaverint, si deprehensi fuerint in abjuratam haeresim recidisse, seculari decernuntur iudicio sine ulla penitus audientia relinquendi; cum scripturae huiusmodi videantur sibi invicem adversari, quid tenendum sit per Sedem edoceri Apostolicam postulat. Nos itaque inquisitioni vestrae, de Fratrum nostrorum consilio, respondemus, quod taliter deprehensis, etiam si, ut dictum est, sine ulla penitus audientia relinquendi sint iudicio seculari: si tamen postmodum poeniteant, & poenitentiae signa in eis apparuerint manifesta, nequaquam sunt, humiliter petita, Sacramenta Poenitentiae ac Eucharistiae deneganda.

V. IDEM Eisdem [c. an. 1258. Roma.]

Excommunicati, participes, & socii criminis, admittuntur in testes contra Haereticos, si sciunt verissimiliter veritatem deponere. Hoc dicit. Dominicus.

IN Fidei favorem concedimus, ut in negotio inquisitionis haereticae pravitatis, excommunicati & participes, vel socii criminis ad testimonium admittantur: praesertim in probationum aliarum defectum contra haereticos, credentes, fautores, receptores & defensores eorum, si ex verisimilibus conjecturis, & ex numero testium, aut personarum (tam deponentium, quam eorum contra quos deponitur) qualitate,

ac aliis circumstantiis sic testificantes falsa non dicere praesumantur.

VI. IDEM Eisdem. [c. an. 1258. Roma.]

Ordinariis, vel eorum Delegatis, & Inquisitoribus sine plena excommunicationis facere debent executionem iustitiae contra Haereticos, per habentes jurisdictionem secularem in loco; licet excommunicati sint, vel de facto tantum illam jurisdictionem possideant. Hoc dicit. Dominicus.

Presidentes regimini alicujus Regni, Provinciae, sive Loci (licet excommunicati, vel de facto tantum, & non de iure jurisdictionem habentes, ac eorum Officiales ad requisitionem Ordinariorum, vel Delegatorum ipsorum; aut Inquisitorum haereticae pravitatis non valentium sine morae dispendio, vel negotii periculo, recursum habere ad Superiores, qui legitime in locis ipsis possint iustitiam exequi) possunt & debent contra Haereticos, credentes, fautores, receptores, & defensores eorum, iustitiam, & suum officium exercere. Nec requirunt huiusmodi excommunicationis, propter hoc sententiam excommunicationis incurunt. Non tamen Praesidentibus praebitis, vel Officialibus eorumdem propterea in aliis casibus intelligatur concessum aliquid vel permissum.

Contumacia, in causa praesertim Fidei, suspitioni praesumptionem adiaciat vehementem; si suspectus de haeresi vocatus a vobis, ut de Fide respondeat, excommunicationis vinculo (pro eo quod parere subterfugit, aut contumaciter se abentat) per vos fuerit innodatus, quam si per annum animo sustineat pertinaci, ex tunc velut Haereticus condemnatur.

VII. IDEM Eisdem. [c. an. 1258. Roma.]

Excommunicatus propter contumaciam non respondendi super haeresi, de qua erat suspectus, post annum damnatur ad Haereticos. Hoc dicit. Dominicus.

Contumacia, in causa praesertim Fidei, suspitioni praesumptionem adiaciat vehementem; si suspectus de haeresi vocatus a vobis, ut de Fide respondeat, excommunicationis vinculo (pro eo quod parere subterfugit, aut contumaciter se abentat) per vos fuerit innodatus, quam si per annum animo sustineat pertinaci, ex tunc velut Haereticus condemnatur.

VIII. IDEM Eisdem. [c. an. 1258. Roma.]

Abjurans in iudicio haeresim propter obviamem praesumptionem; si iteratò labitur (licet non fuisset probatum plene) relapsus dicitur: secus si levis erat praesumptio. Hoc dicit usque ad §. Eum verò. Dominicus.

Culatus de haeresi, vel suspectus, contra quem de hoc crimine magna & vehemens suspicio orta erat, si haeresim in iudicio abjuravit, & postea committit in ipsa, censeri debet quadam iuris haesione relapsus; licet ante abjuracionem suam, haeresis crimen plene probatum non fuerit contra ipsum.

Si autem levis & modica suspicio illa fuerit, quaquam ex hoc sit graviter puniendus, non tamen debet in haeresim relapso poenâ puniri.

Culpabilis in uno articulo haeresis, generaliter postea abjurando, relapsus dicitur si committit etiam in alium articulum separatim. Hoc dicit. Dominicus.

1. Eum verò, qui in una haeresis specie vel secta committit, aut in uno Fidei articulo, seu Ecclesiae Sacramento erravit, & postmodum haeresim simpliciter vel generaliter abjuravit, si ex tunc in aliam etiam haeresis speciem five sectam, aut alio articulo seu Sacramento committat, volumus, ut relapsus in haeresim, iudicari.

Qui post abjuracionem haeresis, de qua convictus fuerat, vel postea convinctus, facto vel verbo Haereticis communicat in rebus hic prohibitis, relapsus dicitur. Hoc dicit. Dominicus.

Ille quoque, de cuius lapsu in haeresim ante abjuracionem, constiterat, vel nunc constat; si post illam Haereticos acceptet, deducat, vivitet, sive allociet, aut dona vel munera eis donet, vel mittat, seu favorem eis impendat, qui excausari non possit etiam sine adoracione (cum illis vestris utamur); merito debet iudicari relapsus, cum illud ex approbata se prius erroris consequentia non sit dubium id fecisse.

Testis in causa haeresis falsum deponens, licet perjurus sit, probat dicendo contrarium: dum tamen ex indicis constat dictum non corruptionem, sed veritatem continere. H. d.

3. Licet verò perjuri a testimonio, etiam post poenitentiam, repellantur: si tamen illi, qui coram Inquisitoribus jurantes, tam de se, quam de aliis super facto haeresis dicere veritatem, eam celando deserent, & postmodum velint corrigere dictum suum contra se, ac alios suos complices deponendo: cum crimen huiusmodi sit exceptum, si ex manifestis indicis apparuerit tales, non animi levitate, aut odii somite, seu corruptione pecuniae, sed zelo Fidei orthodoxae dictum suum velle corrigere, ac modo (quae prius tacebant) revelare in favorem Fidei (nisi aliud obstat) stari debet, tam contra se, quam contra reliquos attestacionibus eorumdem.

Inquisitores super haeresi deputati, non se intrromittant de divinationibus vel sortilegiis non sapientibus haeresim manifestam. Hoc dicit. Dominicus.

4. Sanè cum negotium Fidei (quod summè privi-

legiatum existit) per occupationes alias non debeat impediri: petitis Inquisitores haeretica a Sede Apostolica deputati, de divinationibus, aut sortilegiis (nisi haeresim aperent manifestè) intrromittere se non debent, nec punire talia exercentes; sed eos relinquere suis Iudicibus puniendos.

Inquisitores haeresi de questionibus usurarum se intrromittere non possunt. Hoc dicit.

5. De questionibus praeterea usurarum motis, & contra illos, quibus restitutionem usurarum in poenitentia pro haeresis crimine injunxerunt, ac illi se & sua ad hoc faciendum in iudicio Ecclesiae obligaverunt, intrromittere se non possunt; ne per causas huiusmodi offendiculum negotio Fidei praeparetur.

Inquisitores possunt compellere heredes fautorum Haereticorum (qui tamen Haeretici non erant) ad implendum poenitentiam injunctam in bonis temporalibus: secus si mortui sint antequam fuerit poenitentia injuncta. Hoc dicit. Dominicus.

6. Si verò pro iis quae in haeresi, receptando, vel defendendo Haereticos, seu eis favendo; non tamen exiis Haereticus, quis commiserit, sub obligatione bonorum suorum Inquisitoribus se adhibendam ab eis poenitentiam, & complendam: & ea licet injuncta, non tamen peracta decellit, si per huiusmodi poenitentiam onus impositum fuerit proficiens ad salutem, in bonis eius temporalibus exequendum, ad complementum ipsius per Inquisitores cogi debent heredes, vel alii ad quos cum suo onere bona huiusmodi devenerunt. Porro, si propter huiusmodi Haereticorum receptionem, defensionem, seu favorem, quis ad faciendam poenitentiam, quam Inquisitores ipsi injungere vellent, bona sua obligaverit eisdem; & antequam ei poenitentia injungeretur, decesserit: ejus haeredibus non est satisfactio pro extincto jam crimine injungenda.

Post mortem Haeretici, declarari potest eum Haereticum fuisse, ad finem confiscandi. Dominicus.

7. In eo verò casu, quo haeredes ad successionem non debent ob haeresim sui auctoris admitti, non obstante, quod auctore ipso vivente hoc non fuerit, interveniente ipsius morte, per sententiam declaratum, ad confiscacionem bonorum post mortem ejusdem nihilominus procedatur.

Clerici instruentes testes, ne Inquisitores veritatem investigent, puniri possunt per eos, & Religiosi graviter puniuntur. Hoc dicit. Dominicus.

8. Sacerdotes insuper, & alii Clerici, qui negotium inquisitionis instruendo citatos Haereticos, vel eorum credentes de celanda veritate, vel dicenda fallitate, seu eos indebitè liberando inventi fuerint impedire (cum non sit dubium eos ipsa facere in favorem haereticae pravitatis) per Inquisitores a talibus compelli possunt, & poenâ debita castigari, tam per captionem personarum, quam alias, prout culpa exigit delinquentis. Religiosi etiam sunt immunitatis poenâ, vel alia, gravius puniendi quam Seculares, si inventi fuerint in haeresi vel consimilibus deliquisse.

IX. URBANUS IV. [c. an. 1263. Roma.]

Non valent statuta per quae Inquisitoris haeresis officium impeditur, vel retardatur.

Statutum civitatis, castri, villae, vel alterius loci, quod negotium inquisitionis haereticae pravitatis, directè vel indirectè (ne in eo liberè procedi valeat) contingerit impediri, vel quomodolibet retardari, nullius existere firmitatis: Ipsiusque civitatis vel loci Dominum & Potestatem, Capitaneum, Consules, vel Rectores, per quem vel quos eadem civitas seu locus regitur, quocumque nomine censentur, ad statum huiusmodi loci Direcclano, vel eius Vicario, aut Inquisitori, seu Inquisitoribus labis praefatae, sine morae dispendio exhibendum: & si tale inventum fuerit, revocandum omnino, vel saltem eatenus moderandum, quod per illud inquisitionis processus non impediatur, vel aliquatenus retardentur, per censuram Ecclesiasticam decernimus compellendum.

X. CLEMENS IV. Inquisitoribus haereticae pravitatis. [c. an. 1267. Roma.]

Officium Inquisitoris haeresis morte concedentis non expirat: etiam quoad negotia prius non capta vel exorta. Hoc dicit.

aliqui dubitationem sollicitam excitantes in dubium revocent, an officium inquisitionis haereticae pravitatis sollicitudini vestrae intra certos limites ab Apostolica Sede commissum, expiret per mortem Romani Pontificis, qui Et Arelatensem praesenti declaramus edicto, ipsum officium non numerum tracti, de solium quoad negotia vivente mandatore incepta, imò etiam, quoad integra & non capta, & quod plus est, quantum ad

De materia huius tit. vide plenè per Holt. in Summa. eod. tit.

Vide Perusinum in c. Dilecto, de appellat. & Alexan. Conf. c. 2. lib. 3. & Fel. iur. 1. de Except.

Et qualiter probari debet infamia alicujus, vide Romanum, Conf. 267. & Cardinalem, Conf. 3. de Testibus.

Nota hic, quod propter difficultatem relaxatur iuris solemnitas: ut habes c. supra eod. & l. 1. §. in. ff. de Ven. in poss. mit. Font.

Vide Turrecemtam, in Sum. de Ecclesia, lib. 4. part. 2. c. 21. al. praesumptio. §. al. noverit. §. al. moreatur. §. al. extumulat. §. al. proicit. §. al. perpetuo.

Vide Zanchinum, tract. de Haeret. q. 22.

Vide Zanchinum, tract. de Haeret. cap. 16.

Vide Zanchinum, tract. de Haeret. cap. 22.

Vide Zanchinum, tract. de Haeret. cap. 22.

Vide Zanchinum, tract. de Haeret. cap. 22.

Vide Zanchinum, tract. de Haeret. cap. 22.

In verisimilibus codicibus haec.

al. ad occisionem.

al. ita: ipsos ea face- re; &c.

Concordat rescriptum Innocent. III. incip. Ad extirpanda. §. Ceterum te- neatur. Et aliud rescriptum Alexan. III. incip. Impaciencia re- latio, qua- habetur im- pressa in Bul- lario Litera- rum Apostoli- carum pro Officio In- quisitionis.

Vide Deci. in ca. causam matrimonii. extr. de offic. Deleg. de- betur. Haeret. notat. de

Tit. ij